

**1928** in honorem domus August. | vv. qq.<sup>1</sup> scholam vetustate cor-  
ruptam s. p. ret. l. s. s.<sup>2</sup>: | L. Venuleius Agatho, M. Aurel. Auggg.<sup>3</sup> lib.  
December, M. Aurel. Spondon, C. Gemellius Privatus. | Dedic. V idus Maias<sup>4</sup>  
Fulvio Pio, Pontio Pontiano cos.<sup>5</sup>, curat. C. Gemellio Privato.

*Romae ad circum Flaminiacum (VI 816 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Via-*  
*tores quaestorii.* — 2) *Sic traditur; videtur fuisse in lapide s. p. ref. q. i. s. s.,*  
*i. e.: sua pecunia refecerunt qui infra scripti sunt.* — 3) *Mentione trium Augu-*  
*storum, in titulo dedicato mense Maio 238, fortasse significantur Maximus et Bal-*  
*binus cum Gordiano Caesare.* — 4) *Maias s. traditur.* — 5) *A. 238.*

**1929** in honorem domus August., | Ti. Claudius Secundus coactor<sup>1</sup>  
cum Ti. Claudio Ti. [f.] Quir. Secundo f., viatoribus IIIvir. et IIIvir.<sup>2</sup> |  
scholam cum stauis et imaginibus ornamentisque omnibus sua im-  
pensa fecit.

*Romae in monte Aventino in ecclesia S. Alexii (VI 1936 saepius descripta*  
*saec. XV/XVI).* — 1) *Eiusdem Ti. Claudi Secundi sunt tituli ad viam Appiam*  
*reperiti VI 1839. 1860 (diversus videtur Ti. Claudius Secundus supra N. 1923).* —  
2) *Viatoribus triumvirum (capitalium) et quattuorvirum (viarum curandarum) cf.*  
*Mo. Staatsr. I<sup>3</sup> p. 343 not. 3.*

**1930** Libe[r]o patri Procliano sacu[m] | C. Avillius C. f. Romilia  
Ligurius | Lucanus pater, viator IIIviralis | IIIviralis, sacerdos Isis et | . . . .  
*Romae rep. in monte Aventino (VI 466 vidit Bormann).*

**1931** . . [Volu]ntilius C. f.

Macer

Voluntilia

Prisca uxor

[viator XVvir]r sacr. faciund.

[viator IIIvir et III]vir.<sup>1</sup>, scr. curul.<sup>2</sup>

. . . . . us

. . . . . o locus sepulturae public. datus . .

. . . . . tiumque in campo, sibi e . . co . . . .

*Prope Praeneste (XIV 2940 vidi).* — 1) *Supplementum non certum.* —  
2) *Scriba curulis (videtur id dictum pro scriba aedilium curulium).*

**1932** Rogat, ut resistas, hospes, t[e] hic tacitus lapis,  
dum ostendit, quod mandavit, quouis umbram te[git].

Pudentis hominis, frugi, cum magna fide,  
praeconis Oli Grani<sup>1</sup> sunt ossa heic sita.

Tantum est. Hoc voluit, nescius ne esses. Vale.

A. Granius M. l. Stabilio | praeco.<sup>1</sup>

*In Anglia, Rokeby-Hall prope Barnard Castle (Eph. epig. 4, 864 descr. Matz).*  
— 1) *Hunc Aulum sive Olum Granium praeconem Buechelerus (mus. Rhen. 37,*  
*1882 p. 524) non diversum putat a Granio praecone, propter dicacitatem celebrato*  
*a Lucilio (Cic. Brut. 43, 160. 46, 172, ad Att. 6, 3, 7, cf. de or. 2, 60, 244 cet., pro*